

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Gebri Arabis Chimia

Geber

Lugduni Batavorum, 1668

Est supplementum Capitis antegresse. Unicuique imperfectorum corporum
suam medicinam esse adhibeniam. Cap. XIII

[urn:nbn:de:bsz:31-95581](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-95581)

que omnium harum medicinarum expedit
 singulo sermone adducere narrationem &
 seriem suarum compositionum cum causis
 suis & manifestis probationum experien-
 tiis. Primum igitur medicinarum decem
 seriem narrare; & dehinc quidem corporum
 omnium: Deinde verò argenti vivi; dehinc
 verò & ultimò ad perficientis magisterii
 medicinam transeundum. Cum tamen in
 casu præparatione indigeant imperfecta,
 ideo ne propter artis insufficientiam seu
 detractionis ipsius mordeamur ab invidis;
 afferamus imprimis narrationem de im-
 perfectorum corporum præparationibus,
 omnium earum inventionis causas po-
 nentes: quibus præparationibus ex nostro
 artificio efficiantur congrua, & perfectio-
 nis albedinis & rubedinis in unoquoque
 gradu medicinam possunt suscipere & ab
 eadem perfici. Dehinc verò ad agenda me-
 dicinarum omnium narratio sufficiens &
 congrua.

Est supplementum Capitis antegressi.

*Unicuique imperfectorum corporum
 suam medicinam esse adhibendam.*

C A P. XIII.

EX jam ergo à nobis narratis sermoni-
 bus apparet quid superfluum, quidve
 diminutum natura ex suis operibus in cor-
 porum

poribus metallorum relinquat in unoquoque eorum, quæ imperfecta sunt corpora, secundum sufficientem partem: Secundum verò complementum quæ in superioribus omilimus hîc complebimus sufficiente sermone. Cum igitur duplicis generis imperfectionis corpora contingat mutabilia fore: mollia scilicet & non ignibilia, ut Saturnus & Jupiter. Alia verò dura & non fusibilia, aut cum ignitione fusibilia ut Mars & Venus. Necessario nos natura informando edocuit ex illorum diversitate, diversas præparationes secundum exigentiam illorum administrare. Sunt itaque unius generis transformanda imperfectionis corpora duo; plumbum scilicet nigrum quod in arte $\mu\epsilon\lambda\alpha\nu$ id est nigrum vel Saturnus dicitur: & plumbum album stridens quod $\lambda\epsilon\upsilon\kappa\delta\nu$, album, & Jupiter in hac arte vocatur, quæ à se invicem sunt diversa in sui occulti profundo ex radice suæ naturæ innata & in manifesto similiter: quoniam Saturnus fuscus, lividus, ponderosus, niger, sine stridore totaliter mutus. Jupiter autem albus, lividus parum, multum stridens & modicum sonum tinnitus adducens. Differentiam autem in profundo illorum cum manifestis experienciis & causis propriis tibi supra narravimus. Ex quibus magis præparationis ordinem colligere bonæ mentis artificem contingit. Primo igitur
secun-

secundum ordinem corporum præparatio-
nem narremus. Postea verò & ipsius ar-
genti vivi coagulabilis. Sed & primo unius
generis molliciei scilicet : post hoc vero &
alterius. Primi quidem generis corporum
ponatur Saturni præparatio & Jovis ;
Postea verò & aliorum secundum suum or-
dinem determinatum : quia in præparatio-
ne corporum nihil superfluum ex profun-
do ipsius reinovendum : sed ex manifesto
potius.

*Imperfectorum metallorum defectum
medicina suppleri, Superfluum vero præ-
paratione tolli oportere.*

C A P. XIV.

Saturni verò præparatio multiplex adhi-
betur essentiæ, & Jovis similiter per ip-
sorum multiplicem gradum perfectionis
approximationis vel elongationis gra-
dum. Cum sit igitur aliud ex corrupen-
tibus quidem illorum profundo adveniens
ex sua naturæ radice innata, sulphureita-
tis scilicet terreitas, atque argenti vivi im-
puritas, in illorum creationis principiis
essentialiter commixta : Aliud verò super-
veniens, post primam illorum mixtionem,
corruptionem adducens, & sunt res primi
generis, sulphureitas comburens, & illius
impuritas, argenti vivi substantia foeda &
immun-